

Seitenschiff befindet sich, als ein Ausbau im schlichten Renaissancestyl, die Capella Contarini, wo auch unser Cardinal seine letzte Ruhestätte gefunden hat. Rechts und links an den Wänden sieht man sechs Grabdenkmäler; das mittlere links ist das Contarini's. Zwei Marmorsäulen, mit einem Giebel überdacht, umrahmen die Büste, welche fein geschnittene, geistvolle Züge zeigt. Darüber liest man die Inschrift u. s. w.\* (S. 865.)

In Rom erinnert kein Denkmal an den grossen Diener der Kirche. Er hatte theils im Vatikan, theils im Palaste von St. Peter in Vincoli gewohnt und schwerlich daran gedacht, sich, nach dem Beispiel anderer Kirchenfürsten, selbst eine Behausung zu bauen. Auch sonst sahen wir, ausser in Venedig, nirgend eine monumentale Erinnerung an den Cardinal, dessen Verdienste indess zu allen Zeiten gebührend anerkannt worden sind. Auf literarischem Gebiete wird, nächst den eigenen Schriften, Prof. Dittrich's prächtige Arbeit das würdigste Denkmal Gasparo Contarini's bleiben.

Maredsous.

P. Bonif. Wolff.

### Méthode pratique de Chant Grégorien.

Leçons données aux Bénédictines du Temple, à Paris. — Par le R. P. Dom Antonin Schmitt, moine bénédictin del' Abbaye de Saint Pierre de Solesmes. Imprimerie Saint Pierre, à Solesmes, par Sablé, s. Sarthe (France). Prix: 3 Francs. — Franco: 3 Fr. 30.

Nemo apud viros rerum catholicarum studiosos modo existit, cui non compertum sit ex una parte cantum sic dictum Gregorianum inter praecipua artis christianae monumenta cultusque divini decentissima ornamenta annumerandum esse, ex altera autem eundem saepe saepius vel penitus omitti rejicique tamquam infirmum quoddam paeneque barbarum elementum, vel saltem cum magna inscitia negligentiaque tractari.

Quibus vero laudabile consilium in mentem venit isti miserrimae minimeque meritaе sorti succurrendi enixe commendandam putamus illam quae apud typographiam Solesmensium venum prostat Methodum a quodam monacho ejusdem nominis abbatiae in tali re versatissimo recens lucubratam.

Vix utile est praemonere istud opus exactum fuisse ad normam a R. P. Pothier traditam in suo jam celebriori opere „les Mélodies Grégoriennes,“ in quo tam dilucide tamque invicte asseruntur fundamenta, origines, fortunae variae liturgici cantus et tandem ac praesertim regulae, secundum quas a cantoribus exprimi debeat. Haec nemo non novit sed reliquum erat ut illa, quae pro doctis praesertim conscripta demonstrationibus, disquisitionibusque, ut par erat, referta erant, cum in mentes novam lucem persuasionemque suae veritatis ferre deberent, reliquum erat, inquam, ut haec eadem nunc ad usum commoditatemque omnium omnis generis mortalium attemperarentur,

quatenus praxis eorum generalior atque diversis diversorum necessitatibus accommodatior evaderet.

Hunc sibi finem praeposuit R. P. Schmitt ad hoc munus explendum quovis alio paratior, quippe qui longo jam ex tempore sacrae musicae studiose incumbabat, hujusque praecepta junioribus sui monasterii candidatis, vel etiam aliarum domorum religiosiis viris, sanctimonialibusque quasi professor ordinarius insinuabat. Et sane quisque vel percurrendo singula capita, synopsisve materiarum lustrando, facile sibi persuadebit nihil omissum esse eorum, quae ad exactissimam cantilenarum modulationem spectare quoquomodo possunt. Exordium sumitur a lectione, in qua merito omnis cantus praevia conditio ponitur et hoc etiam potiori jure ubi de cantu plano agitur, qui, ut jam explorata res est, speciem praefert lectionis cujusdam, ad solènniorem gradum seu tenorem elevatae, ideoque orationis ipsius et accentus et pausas et rythmicas divisiones servat propriaque facit. Quae ergo ex hac parte servari debent, exponit Auctor in prioribus capitibus, dicendo scilicet de vocalibus et consonantibus, de earum duratione, vi atque resonantia: de accentu, in quo nervus latinae loquelae residet: de pausis seu vocis morulis, quibus efficitur distinctio congrua membrorum unius periodi, hujusque intellectus haud parum facilis redditur — de variis recitandi modis, quibus uti solent in choris, prout vel unus vel duo, vel utraque chori pars seu alternatim seu conjunctim voces emittere debent — tandem de speciebus Metrorum hymnodiae sacrae accentuque metrico in eis observando.

Hactenus de lectione tantum: sed jam apparet, quanti intersint haec prolegomena et quam feliciter in his enucleandis opera sit data: hic enim congeruntur sapienti ordine perspicuoque sermone plurima praecepta seu animadversiones in quibus se prodit eruditio Auctoris ejusque in moderandis cantoribus choris habilitas: monachus enim cum sit divinoque Operi professione deditus, corde devotus, haud mirum, si illa quae quotidie observanda curare debet, adeo diserte copioseque edisserat.

Nunc ad partem, quae specialiori modo cantum gregorianum spectat, paucis declarandam veniamus. Per modum cujusdam fundamenti quo sequentia nituntur, brevi calamo describit Auctor signa varia in liturgici cantus annotatione adhibita: unde fuerit eorum origo deducta, nempe ex accentu tum gravi tum acuto, quo elevationem vel depressionem vocis in dicendo significabant grammatici veteres: quomodo isti accentus ad cantum depingendum tracti sint varie inter se compositi, quo vocis circumvolutiones exactius repraesentarent. Transitus fit ex notis scriptis ad sonum ore prolatum, scilicet ad vocem ejusque disciplinam, rem quidem arduam, sed in primis necessariam: hic sagaciter deteguntur causae defectuum, quibus vox saepius laborat, indicantur remedia, quibus corrigantur — describitur apta pro variis sonis emittendis organorum dispositio: — exercitia proponuntur,

quibus vox assuescat per chordarum intervalla cum facilitate debita discurrere. His praemissis via patet ad tradenda praecepta, quibus regitur gregoriana melodia, quorum summa in hoc continetur, quod rhythmus orationis est ipse cantilenae rhythmus. Inde fit, ut unaquaeque notula per se ipsam non gaudeat valore alio, seu in duratione seu in intensitate, nisi quem dederit syllaba orationis, cui ex adverso respondet: — ut nota composita, quae nempe pluribus notulis conflatur, uno tenore, impulsu uno proferatur — ut etiam in longioribus neumarum tractibus super una syllaba productis instituenda sit quoque divisio quaedam, rhythmicis rationibus consona et ipso graphico schemate (si et ipsum fuerit ad instar veterum codicum concinnatum) indicato; — et caetera, quae ibidem solerter et copiose dicta videre est quaeque, (quod maximi ponderis est) non sunt unius hominis inventum seu placitum, sed ipsissima doctrina constanter a veteribus magistris inculcata.

Reliquum erat, ut super tonos Psalmorum, cujus usus in officio divino frequentior, regulae traderentur certo ordine religatae: cui opportunitati fecit auctor satis per plura schemata, quibus adjunguntur utiles quaedam animadversiones.

Haec sunt istius Methodi practicae praecipua lineamenta, haec indoles, haec ratio: restat, ut ex ea hauriatur is fructus, quem omnes optare debemus, nempe major perfectio et diligentia in divinis laudibus decantandis: in his enim non solum consistit vera et sana christiani animi delectatio, sed et praecipua pars istius glorificationis, quam Deo Conditori ac Salvatori nostro referre debemus.

D. H. A. m. b.

### **Inventaire des manuscrits de la bibliothèque d'Orléans,**

fonds de Fleury, par Ch. Cuissard, Professeur, Membre de plusieurs Sociétés savantes. Ouvrage couronné par la Société archéologique et historique de l'Orléanais et publié sous les auspices de la Société Dunoise. Orléans,

H. Herluison 1885, XXXVI, 274 pp. gr. 8<sup>o</sup>. 10 Frs.

Eine sehr erwünschte Bereicherung der Handschriftenkunde bietet die vorliegende Arbeit des Herrn Prof. Ch. Cuissard. Im Vorwort entwirft Cuissard eine Geschichte der Bibliothek zu Fleury, welche in ihrem ersten Theile allgemeineren Werth besitzt, weil der hier geschilderte Vorgang mit geringer Veränderung in den meisten Klosterbibliotheken des Mittelalters beobachtet werden kann. Man beschäftigte sich überall zunächst mit dem Abschreiben der hl. Schrift und der Kirchenväter, später mit der übrigen kirchlichen Literatur und zuletzt mit der profanen. Die rege Theilnahme am geistigen Leben, durch welche sich Fleury besonders auszeichnete, äussert sich auch in der Geschichte seiner Bibliothek, auf deren Vergrösserung und Erhaltung grosse Sorgfalt verwendet wurde. Man war auf die feuersichere Verwahrung der